

H 1858

Ic. Petri Milleri
Rectoris Gymnas. Hall.
et aliorum



Programma

1. Gader, progr. inauguraile, de rhetore Eumenio
 2. ej. oratio inaug. de boni scholae rectoris officio
 3. Milleri oratio adiuvialis, de effugendis ad divinitatis exemplar in schola juventum animis.
 4. — progr. de singulari Dei circa scholas providentia
 5. — — — quaectionum scholasticarum problema I.
 6. — — — Neofiti nouo iephigenie Noe hysung. ab Feuerbach et
 7. — — — Sacra sacerdotalia ob pacem religiosa m, quam Deus
 8. — — — ecclae suae evangelicae 1555. indulgentissime dedit.
 9. — — — de Cattana telluris nostra riuina.
 10. — — — quaectionum scholasticarum problema II.
 11. — — — de divina providentia futura mortali bus fata
 12. — — — sapientissime occulta.
 13. — — — quaectionum scholasticarum problema III.
 14. — — — quaectionum scholasticarum problema IIII. sive
 15. — — — bellum grammaticale.
 16. — — — de historia litteraria
 17. — — — de mortalitate motuum hericorum
 18. — — — de religione ordinis custode
 19. — — — de schola sancta
 20. — — — de concitandis ad omne decus juvenilibus studiis
 21. — — — die Ns. la. ab Agnayrus in 9. Abensberg.

27. Milleri pr. Sacra saecularia in Jubilaco secundo Gymnas.
 Hallens.
28. — — — Ein Jesuimus bey Passar Zaiten vor den Thüren.
29. — — — de gradibus beatitatis futurae juveniles pietatis incitamento.
30. — — — orat. saecularis dicta in jubilaco altero Gymnas.
 Hallens.
31. Oelrichs, dissertatio historico juridica, de servis iuriis peritis
 atque magistratibus apud Romanos.
32. Elau Bauff Ciferibac über den fragni Ob elau Ciferibac über Alben
 von Elau Magdal. der Original Druck, Hallen 1710. pag.
33. Mittay van ewe Ciferibac Hallen vor alle Elau
34. Tauftii carmen saeculare veterum in memoriam
 Lubilaci secundi Gymnasi Hallens.
35. ob. Milleri progr. 2. de Iesu Christo in amplificanda
 futandaque S. civitate providentia
37. — — — dissa inaugural. de orthodoxia cum dogmatim,
 sum etfrea iste invicem coniungenda.
37. — — — a noviss. vesp. ad hanc illud: dypbexen gr. agant.
38. — — — comentatio, de Christi regis providentia.
39. Engl. r. de om̄is tri. de 200j. Philippi de Lypsi. Gymnasi
 1715
40. Missale Gallicanum us. 1705. et 38 - 40, r. 673 by
 Nachdruck von den originalen Titelblätter de Gymnasi

223

pi-

les.

itis


llen

g.

n

o

n,



Q. D. B. V.
R E C T O R E M
GYMNASII

D. X XVI. A V G V S T I

HORA IX. MATVTINA

PVBLICIS ORATIONIBVS
RITE IN AVGVRANDVM

SENATVS CIVITATIS
HALLENSIS

INDICIT

VTQVE

MVSARVM PATRONI

E T
FAVTORES LITTERARVM

ACTVI HVIC

BENEVOLE INTERESSE

VELINT

PERHVMANITER INVITAT,

INTERPRETE

MATTHIA FRIDERICO GADEN

SCABINAVS IN DVCATV MAGDEBURGICO ADSESSORE,
CIVITATIS SYNDICO ET GYMNASII SCHOLARCHA.

HALLÆ MAGDEBURGICAE,
PRELO IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.



МНОГОЯЗЫЧИЕ

СИНИЦА

ДЛЯ ДЕТЕЙ

ПРИЧИНОВЛЕННОЕ

СЕВАСТИЯНУСОВЫХ

ИЗДАНИЕ

БУРГУ

МАРИАН ПАТРОН

БАУДОНЕС ЛИБЕРНАУ

СКАНДИНАВСКИЙ

ДЕКОРАТИВНЫЙ

СТИЛЯ ИЗОБРАЖЕНИЙ

МАРИЯ ФИЛИППОВНА ГАДЕН

СОСТАВЛЕНА ВЪ САНКТ-ПЕТЕРБУРГѢ

ВЪ ЧЕСТЬ СОБЫТИЯ ПОДЪ МАРИИ

СОВѢРШЕНИЯ ПОДЪ МАРИИ



Q. B. V.

§. I.



I tueri accepta partaque virtus non minor est quam quærere; scholas quoque a maioribus traditas feruare, quoad eius fieri potest, integras, decet quemque æquum iustumque rei publicæ æstimatorem. Nullo non tempore fuere principes litterarumque patroni, qui magnam gloriæ sue partem in eo posuere, ut bonarum artium domicilia conderent, conditas exornarent atque dotarent, æuo aut casu dirutas restaurarent.

Inter multos vnum iam Constantium Cesarem producere liceat: cuius laudes ac merita in rem litterariam Eumenius Rhetor, in panegyrico pro restaurandis patriæ sue scholis dicto a), commemorat. Digna est quæ legatur oratio: tum ob stili, quo exarata est, concinuitatem; tum ob rei argumentique, quod pertraçat, vberatem.

Schola ciuitatis nostra restauranda, Augustissimi regis nostri in eamdem beneficentia, rectoris denique eidem præficiendi inauguratio, quandam mihi videntur innuere similitudinem cum isto Eumenii argumento: iccirco diutius paulo inhærebo huic orationi; nonnulla, ad illustrationem eiusdem, vt opinor, facientia, præfaturus.

§. II.

Vixit Eumenius seculo tertio exeunte & ineunte quarto; Græcia, quod ad maiores eius, oriundus: quippe aium hominem Athenis ortum, Romæ diu celebrem, dicit; qui maior octogenario in scholis istis restaurandis docuerit b). Funetus hic noster est in palatio Cæsaris

A 2

Con-

a) Est inter XII. panegyricos vett. a Christoph. Cellario reçensitos, tertius.

b) panegyr. cit. c. XVII, 3.

III

Constantii munere *Magistri sacra memorie.* Quod quale fuerit, ipse his verbis describit: „Cæsar mediocrem quidem pro ingenio meo natura que vocem, celestia tamen verba & diuina sensa principum prolocutam, ab arcanis sacerorum penetralium ad priuata Musarum adyta translit., c). Cellarius ita interpretatur: „munus magistri memorie erat, adnorationes omnes dicere & emittere: & precibus respondere., Henricus Valesius ad Ammian. Marcell. lib. XXIX. addit: „est autem dictator, qui ad memoriam dictat, qui & ἀντιγραφεὶς græce dicitur., Et Iacobus de la Baune hæc habet: „sacrae memorie magistri, qui & memoriales dicebantur, præterant libellis & epistolis, & peragendis, impletis, signandisque rescriptis & responsis sacris, id est, principaliibus,, d). Hoc amplissimum, quod in Cæsaris aula obiit, munus, commutauit Eumenius, Cæsare ita volente, cum munere Oratoris, in scholis Mænianis ipsi demandato: saluo tamen pristinæ dignitatis honore e), aucto^rque & geminato priori salario in sexena millia nummum f), hoc est, prout Iac. de la Baune calculum ponit, 26250. libras Francicas. Quum vero Rhetoris nostri patria perditissimorum hominum ac grassatorum protervia esset deuastata, vrbes excisa, depopulati agri, Muse ex sedibus suis deturbatae: Cæsar Constantius urbem Rhetoris patriam templaque restaurari, in primis vero liberalium artium cultores in pristinas suas possessiones ac iura restituvi voluit; nullis impensis, nec si res poscat, vel toti ærario parsurus g). Quid vero Eumenius noster? Ille, insigni pietate vir, ad leuando sumtus publicos, & ipse vsum sexcenorum illorum lœstertium patriæ delegavit, addixit h): ductus religione erga Musarum sacra, tum communis, tum singulari ex grata recordatione maiorum suorum i), qui in cathedra mæniana, dum viuerent, tanta cum laude stetissent.

§. III.

Mænianas vero scholas hasce cur adpellauerit Eumenius, ipse nullas, alii alias adserunt rationes: vel a Mænio quodam, huius scholæ provincialis auctore k), vel ab aedifici forma, nomen deriuantes. Indigitarer posterius videtur ipse Rhetor, dum plures Mæniana ista habuisse porticus refert l). Menii cuiusdam mentionem facit Horatius m).

Com-

- | | | | |
|-----------------------------------------------|----------------------------|----------------------------|----------------|
| c) l.c.e.V ¹ , 2. | d) in notis ad paneg. cit. | e) l.c.e.XV, 4. | |
| f) c. XI, 2. | g) c. V, 1. | h) c. XVI, 3. | i) c. XVII, 2. |
| k) Pighii Hercules prodicetus pag. 7. | | j) paneg. cit. cap. XX, 2. | |
| m) Satyr. I, I. Ecloga III. it. Epist. XV, I. | | | |

Commentatoris ibi haec sunt: „Hic fertur domo sua, quam ad forum
„habebat, diuendita, vnam columnam sibi excepsisse, vnde gladiatores
„spectarer, quæ ab eo columna Mænia nominabatur, „n). Menium ve-
ro columnæ, cuius sibi ius excepereat, podium imposuisse, apud Fabrum
legimus o). Sed illustrant magis qua habet Alexander ab Alexandro.
Mænianum seu Menianum dici proiectum protentumque spatium ultra
ædes tignis porrectis, nullo monumento fultum ab imo, ambulandi
prospiciendiue caussa, a Caio Menio Crassi collega, vnde nomen mu-
tuari, inuentum. Quum enim C. Menius, Catone & Flacco consulibus,
domum venderet, vt ibi basilica exstrueretur, ius vnius columnæ, supra
quam rectum proiceret & tigna immitteret, sibi excepsisse refert, quo
superiora latius pateret & posteri prospèarent. Huius generis edi-
ficia inde Meniana dicta: hodieque, inquit Alexander, id nomen obti-
nuit p). Haud itaque est obscurum scholas istas, de quibus agit Rhei-
tor, habuisse eius generis εξωτάς. Quæ si admittimus, & nominis ra-
tio, & Mænianorum Eumenii forma, manifesta erit q).

§. III.

In huius itaque recensiti illustris facti, & ad posteros prodendæ
memoriae testimoniorum, quum Rhetor orationem, quam diximus, ha-
buisset, ac Cæsarem suum dignis laudibus tantum non in cælum tu-
lisser; multis post retro seculis elapsis, queri coepit est: vbinam
gentium, & quanam in vrbe, sitæ fuerint scholæ istæ Mænianæ? Au-
gustodunum Aeduorum alii, alii Cliuiam in extrema Belgica designant.
In partes enim hic eunt eruditæ. Ansam contentionis dedit Stephanus
Vinandus Pighius, vir alioqui egregius doctus: vtpote qui in libro, cui
titulus, *Hercules prodictus*, magna fiducia vindicias pro Cliuia scrip-
sit, & cuncta, quæ ab Eumenio in citata oratione dicta sunt, huic
vrbi adsignat; sive Mænianam in Cliuos transfert. Nec defuere
qui auctoritatem eiusdem secuti sunt r). Pighio autem se oppo-
suit Lipsius, assertor Augustoduni strenuus, rerumque antiquarum
peritissimus. Argumenta Pighii potiora, quibus vtitur pro fir-
manda thesi sua, arcessita sunt, I. a vetustate & amplitudine oppidi
Cliusorum: in cuius rei testimonium antiquum monumentum, prisco-
rum principum iussu adnotatum, adfert. II. a statua Eumenii iconi-

A 3

ca,

n) editio Cruquii p. 333.
dier. L. V. cap. XI.

o) in Lexico sub hac voce.

p) genial.

v) conf. lac. Burckhard de linguis lat. fatis nou. commentar. p. 20. sq.

q) confer Panciroll. rer. memorabil. Tit. XX.

VI

ca, Cliviae adhuc in palatio principum conspicua, quam curate satis delineat, & in illa Eumenium Rhetorem ex indicis certis cognosci autumat. III. ab epistola Cæsaris Constantii, orationi ad verbum inserta, in qua hæc ipsa reperiantur: „Merentur & Galli nostri, vt eorum liberis, quorum vita in *Augusto cliviensium oppido* ingenuis artibus eruditur, cet. „ IV. a testimonio Eumenii, qui ciuitatem istam latrocino *Batauice rebellionis* obssessam dicat. V. a situ oppidi, quem Eumenius ita describat, vt veluti in tabula depictam *Batauiam* videatur exprimere.

§. V.

Ad primum Pighii argumentum quod attinet, est illud ab oppidi Cliviae vetustate & amplitudine desumptum: in cuius rei probationem adducit, *primo* rudera in agro vicino passim adparentia; *deinde* nomen antiquum a clivis descendens, vnde *Clivi*, latino prorsus nomine, a nonnullis nuncupetur; *tum* quadratam turrim prealtam latamque, cum arce longe conspicua, quam tradant a C. Iulio Cæsare bello Gallico constructam esse; & *denique* quod in atrio palatii maiore, veterum principum iussu, adnotatum legatur:

ANNO. AB. URBE. DCXCVIII.

C. JULIUS. DICTATOR
HIS. PARTIBUS. SUBACTIS
ARCEM. CLIVENSEM
FUNDAVIT.^{r)}

Rudera, inquit, adsunt, vetustatis testimonia. Atvero adsint: testetur amplitudinem, testentur & antiquitatem. Eamne vero, quam cupit ad priora epochæ Christianæ secula, immo his ipsis superiora, reducere? Quot enim vrbium rudera, vel amplissima, hac ratione cum Clivis pugnabunt? Nomen est latinum. Dabimus. Ergone a C. Iulio Cæsare? Turris adhuc extat, certissimum antiquitatis documentum. Sed quælo, num vrbis ipsius antiquitas inde confirmatur? At vero monumentum adest vetustissimum. Est autem, teste Pighio ipso, veterum principum iussu adnotatum. Ergo non C. Iulii Cæsaris iussu. Nititur tamen illud auctoritate vetustatis. Queso, quanam? *Vulgi fama, opinione tradita: plures existimant.* Hæc enim ipsius sunt Pighii. Immo vero hæsitat ipse. „Equidem, inquit, vt non prorsus assim adfirmare C. Cæsarem auctorem vel conditorem primum Clivii

^{r)} Hercul, prodic. p. 3.

„castri

VII

„castri fuisse, quum ex ipsius commentariis hoc colligere quispiam
 „nequeat, nec ex Tacito, vel alio quovis veterum auctorum, qui res
 „Romanorum eo tempore in Belgica gestas, vel historia complexi sunt,
 „vel scriptis suis attigere: sic etiam omnino recalcitrare opinioni rece-
 „ptæ nolo, nec diffiteri, ob rationes ante dictas, quin Cæsar auctor es-
 „se potuerit. t). Liqueat ex his, incertis, hoc primum eius adserum,
 „nisi duntaxat opinionibus.

§. VI.

Alterum quod Pighius pro Eumenio Cliviensi adserit, est eiusdem statua, in ipsis Mænianis, quas Cliviensibus adserit, conspicua. Verba Pighii hæc sunt: „Respublica Cliviensium videtur gratitudinis ergo posuisse Eumenio statuam iconicam in ipsis Mænianis, eamque tripedaneam. Exstat adhuc Cliviæ in palatio principum. Stat in vestitu sui temporis &, vt adpareret, vsitato Galliæ comatae: tunica videlicet talari rectus, & calcei ex aluta pedem ac talos cingunt, & supra pedem exæcti atque fenestrati sunt. Comam in fronte & cervice decurtatam æqualiter constringit vitta; sicut ventrem latus balteus atque bullatus: quæ quidem apud veteres vincula quondam honoris ac dignitatis erant insignia. Ipse dextra massam, vel auri vel argenti, in patra positam, praesentare videtur, atque eodem symbolo notatur eius liberalitas & munificentia, qua patriam est prosecutus. Sinistra tenuit ferulam demissam magisterii insigne, ac veluti gubernaculum adolescentiæ u). Effigiem Eumenii ipsam exhibet Teschenmacherus x), cui hæc subscripta sunt:

EUMENIUS RHETOR.

Qui ad præsidem Galliarum oratione panegyrica habita, à Romanis Gallicæ juventuti in augusto Clivorum oppido annuo sexc. sext. salario præfectus fuit.

Hic istiusmodi habitu TUNICÆ TALARIS, BALTHEI BULLATI, CALGEORUM FENESTRATORUM, COMÆ VITA CONSTRICTÆ, FERULÆ MAGISTERII, MASSÆ AUREÆ, ERGA DISCIPULOS LIBERALITATIS INDICIBUS,

In arcis aulæ magni, ubi extat, vrbisque Clivensis,
 inque

f) l.e. p. 4.

g) l.e. p. 5.

x) in annalibus Cliviensibus part. I. p. 24.

VIII

inque hac portæ mediastinæ renovatæ monumentum exhibetur.

Sub consulatu I. à Ringelbergh conf. 4. procurante G. Rhatio successore.

Quid sentiendum sit de horum antiquitate, lector, effigiem in primis ipsam contemplans, facile iudicabit. Teschenmacherus de Clivua vix certi aliquid haberi fatetur. „Pighius, ait idem Teschenmacherus, „Eumenii statuam eamdem illam esse dicit, quæ adhuc in frontispicio „palatii interioris principum Cliensium in muro conspicitur, postmo- „dum in porta vrbis mediastina hac forma renouata. Et paulo post: „in illa præterea panegyrica, [Eumenii] Clivua a magnificis ædificiis, „templis & Capitolio, commendatur, de quibus tamen nullum iam ex- „stat vestigium, nisi forte palatum principum Capitolium fuisse ma- „lis, aut cum Pighio dicas, maiorem huius Coloniae partem, a clivis per „plana, secundum Rheni ripam prolatam fuisse“). Quis est qui non intelligat ex his omnibus, haud firmo stare talo, Eumenii Rhetoris statuam istam, quæ Clivua conspicitur, esse: quin potius adhuc sub iudece lis sit. Vrget Pighius antiquitatis testimonia, in statua conspicua. Quid si vero nouitatem potius ista redoleant? Coma enim sic decurtata, bullatus iste Rhetor, tunica ad talos & isti calcei lunati, Lipsio, antiquarum rerum peritissimo, a tam prisco habitu non vi- dentur. Quid, quod? ista, qua Pighius adfert, insignia, ne quidem Rhetori conuenire, iudicat: quippe balteus militum, vitta sacer- dotum, ferula paedagogorum, non istorum qui publice & cum di- gnitate docebant, fuerit z). Plura de prisco habitu recenset Ale- xander ab Alexandro, ex instituto hac de re agens, genial. dier. Lib. V. Cap. XIX.

§. VII.

Tertium Pighii argumentum, quo vtitur, est eiusmodi, ut vel hoc uno rem expedire videatur. Constantium quippe Cæsarem, litis iudicem adducit. Is in epistola sua, quam producit Eumenius, oppidum ad- pellat *Augusto clivensium*. Vicit, si, quæ adducit verba, genuina sunt. Verum enim vero errorem irrepisse in libros, ex quibus tanquam fon- tibus hausit Pighius, rem paullo curatius inquirens facile deprehen- det. Beatus enim Rhenanus in panegyricis his, Frobenii typis excu- sis

3) l. c.

z) Comment. ad Tacit. Annal. I. III. edit. Plantin. p. 166.

sis Basileæ 1520, expressit atque vulgauit: *Augusto clivientium.* Balduinus adserit in veteribus exemplaribus exstitisse: in *Augusto oppido*; tum ad marginem libri additum pro glossemate *Flauienstium*, quod subinde receptum sit in contextum, & quidem mendose in aliquot editionibus, vbi legatur *Cliuentium*; quod bona fide retinuit Rhenanus *aa*). Rhenanum igitur secure secutus Pighius, eamdem lectionem, ingenio ipsius singulari studioque in Clivienses Duces fauentem, mordicus defendit. Errorem vero hunc detexit, grauiter satis sed iuste reprehendens Rhenanum refutansque Pighium, Lipsius. „Aliter, inquit, & a „mea mente diu ante illum [Rhenanum] Cuspinianus, [in panegyricis „editis Viennæ c. 10 10 xiiii.] in quo reperies *Augustodunenium oppido* „clare. Vtri credendum magis? ego huic censeam, non solum quia „vir simplicissimæ probitatis, sed magis quia libris probis & vertustis „vsus, [rata editio docet, infinitis partibus illa Rhenani melior, immo „& auctior; quos alter [Rhenanus] habuisse fatetur nullos, bb). Sic etiam Iac. de la Baune de Rhenani ista editione ita pronunciat: „Hæc „omnium iudicio parum sincera est: ac Rhenanus ipse operis initio „profiteretur, se manuscriptis codicibus caruisse, quorum collatione edi- „tionem emendarer, cc). Vera igitur genuina & vetus erit lectio *Aug- stodunenium*, quam Claud. quoque Purteanus cum variis manuscrip- tis diligenter collatam adprobauit, quamque cum plurimis Cellarius ma- xime retinuit. Constantii vero Cæsaris epistolam, vtpote vetustatis documentum meritorumque eiusdem in scholas testimonium, ex Cellarii recensione inserere liber integrum; quæ huius est sententia.

Merentur & Galli nostri, vt eorum liberis, quorum vita in Augustodunenium oppido ingenuis artibus eruditur, & ipsi adolescentes, qui hilari consensu meum [Constantii Cæsaris ex Italia reuertentis] suscepere comitatum, vt eorum indoli consulere cupiamus. Proinde quod aliud præmium his quam illud conferre debemus, quod nec dare potest, nec eripere fortuna? Vnde auditorio huic, quod videtur interitu præceptoris orbatum, te vel potissimum præficere debuimus, cuius eloquentiam & gra-

B

uita-

aa) Iac. de la Baune in notis ad paneg. cit. C. XIV, 1. *bb*) Comment. ad Tacit. annal. loc. cit. *cc*) panegg. vett. ad vsum Delphini, Paris, M. DC. LXXVI. in prefat.

X

uitatem morum, ex actus nostri habemus administratione compertam. Saluo igitur priuilegio dignitatis tuæ hor tamur, vt professionem oratoriam repeatas, atque in supra dicta ciuitate, quam non ignoras nos ad pristinam gloriam reformare, ad vitæ melioris studium adolescentium excolas mentes, nec putes hoc munere ante partis aliquid tuis honoribus derogari, quum honesta professio ornet potius omnem, quam destruat, dignitatem. Denique etiam salarium te in sexcenis millibus nummum ex reipublicæ viribus consequi volumus; vt intelligas, meritis tuis etiam nostram constituere clementiam. Vale Eumeni carissime nobis dd).

§. VIII.

Quartum, quod Pighius obiicit, est Eumenii ipsius testimonium, ciuitatem istam, in qua, pro restaurandis Mænianis istius oppidi, hanc habuit orationem, *latrociniò Batauicò rebellionis obessam dicentis ee).* Ita iterum Rhenanus, quum alii probatissimos fecuti codices, quos inter Cellarius quoque est, non *Batauicè legant sed Bagaudice.* Ergo nouus hic librorum dissensus. Litem hanc, etiamsi ex autographis aut antiquissimis libris dirimere non possemus, possumus tamen ex fide dignissimorum testiomoniis, quomodo recte sit sentiendum, colligere. Scriptores igitur eamdem, quam Eumenius enarrat rem, referentes, consulamus. *Granissima cladis, latrociniò, rebellionis, mentionem* facit Rhetor. Iam vero rem adeo notabilem scriptorum veterum nullus recensabit? At recensent omnino, & auctores tanti mali nominant. Victor hac de re ita: „Vbi comperit Carini discessu Aelia num Amandumque per Galliam, excita manu agrestium ac *latronum*, quos *Bagandas* incolæ vocant, populatis late agris, plerasque vrbium tentare, cert. ff). Eutropius: „Ita rerum Romanarum potitus, [Dio cleterianus,] quum tumultum rusticani in Gallia concitassent, & factio ni suæ *Bagandarum* [Metaphras. græca: Βαγαδας; ita etiam Zosimus L. VI. Cap. II.] nomen imponerent, duces autem haberent Amandum, & Aelianum; ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit gg). Saluianus: „Vocamus *rebelles*, vocamus *perditos*, quos

wd) edit. Cellar. paneg. III, c. XIV,

ff) de Cæsat. c. 39. §. 17.

ee) paneg. cit. c. IV, 1.

gg) l. IX. Cap. XIII, 4.

^{esse}

„esse compulimus criminosos. Quibus enim aliis rebus *Bagaudæ* facti sunt, nisi iniquitatibus nostris, nisi improbitate iudicum,,^{hh)}? Sic etiam *Bagaudas* castrum, Parisios inter & Meldas, ad Matronam situm, vbi nunc Fossatense S. Mauri monasterium est, olim occupasse, legimus. *Bagaudarum* igitur, sive *Bacaudarum*, in Gallia tumultuantum mentionem faciunt Icriptores, non autem *Batauorum*, tunc temporis quietorum Romanisque amicorum: quippe notum est, *Batauos* varias a Francis iniurias, propterea quod Romano imperio fidi essent, accepisse, minime vero intulisse Romanis *ii*). Multa quidem Pighius, pro sua, quam defendit, sententia, nimurum *Batauicæ rebellionis* recte legi, conqueritur, suo indulgens ingenio. Plurima tamen qua adfert, auctoritate destitutus, suspicatur. Vide quod ille fundamentum substruat sententiae sua. „Quum autem, inquit, Eumenius Clivenses obcessos Romani principis auxilium irrogasse dicit, videtur hoc ante „Diocletianum ac Maximianum Augustos contigisse,,^{kk)}. Et ne videatur tantum, vtque verbis suis fidem faciat, obcidionem hanc ad tempora Taciti refert: quibus *Batauiam* & *Galliam* Franci, Saxones aliisque barbaræ nationes, turbarint & occupauerint. Vopiscum testem producit, qui scribit, Taciti successorem, Aurelium Probum, sexaginta Galliarum nobilissimas vrbes a barbaris recepisse: atque inter eas item, [ita claudit claudicans,] fortasse Cliviam. Nihil obiciemus. Sed, quæso, si *Bataui* turbati, si ab aliis perpessi sunt iniurias, qui possunt vocari rebelles atque latrones? Qua ratione latrocinio *Batauicæ rebellionis* obsessa dici potest Clivia? Vtrum igitur *Batauicæ*, an *Bagaudicæ rebellionis*, rectius legatur, æquus rerum arbiter quisque pronuntiet. Vis huius argumenti Pighii, rationibus adductis, mihi quidem satis fracta videtur. Ceterum facile admittimus, *Bagaudas* non Maximiani primum temporibus aduersus Romanos coniurasse, sed iam antea, imperante Claudio Augusto huius nominis secundo, Aedios a *Bagaudis* obcessos, Romanorum auxilium implorasse: sed tunc frustra. Quum enim Claudius Aug. Gothicō bello intentus, open imploratam ferre non posset, Aedui urbem suam *Bagaudis* eorumque duci, cui Tetrico nomen, A. C. 269. aperire, necesse habuerunt *ii*), Maximianus vero Herculius iste, a Diocletiano in societatem imperii adscitus, circa annum 286. hosce rebelles, a praesidiis romanis, sive

B 2

procu-

^{hh)} I. V. de gubernat.

& ad Eumenii paneg. cit. c. IV.

ii) de la Baune in vita Diocletiani pag. 104.*kk)* Hercul. prodic. p. 17.*ii*) de la Baune paneg. & l. c.

XII

procuratoribus, indignis modis habitos, adeoque laccessitos, levibus quidem praeliis viciisse, neque tamen ad internecionem deditis, fertur *mm*): seculis enim quinto & septimo Bagaudarum adhuc fieri mentionem legimus *nn*).

§. VIII.

Restat ultimum, quod ad potiora retulimus, Pighii: Eumenium Batauiam Cliviamque graphicè adeo depingere, ut verba ipsius non nisi in Clivium Batauiamque cadere possint. Verba vero Eumenii sunt: „aut hæc ipsa, que modo desinit esse barbaria, non magis feritate Francorum, velut hausta, desiderat: quam si eam circumfusa flumina & „mare adluens operuisset *oo*). Vbi, inquit Pighius, Aeduus adluens „mare? vbi circumfusa flumina, quæ montes illos operire possent? „At Batauos suis ramis circumfundit Rhenus ipse, Belgas Germanos- „que inferiores vicinos Mosa, Scaldis aliaque flumina: adlunt vbiique „Oceani sinus ac maria amplissima, *pp*). Lipsius autem, arietis huius istum excipiens: „Aeduos, ait, non describi fateor: adfirmo totam „Galliam, in qua Aedui. Franci que loca magis vastarunt, immo ce- „perunt sibi & insederunt, quam Galliam? Sed vbi mare, inquis, & „flumina? conspicua & in aperto. Quid enim clarius quam Galliam „mari vtrinque adlui? quid certius quam Rheno & Rhodano circum- „fundi, & multis aliis fluminibus perfundi? At Clivium tuum, extra „Batauiam, re vera fluminibus non circumfusum, *qq*). Sic ergo re- torquet telum Lipsius: hæcque satisfacient, credo, exspectationi cuiusvis.

§. X.

Quæ præterea, minoris quamquam momenti, adfert Pighius, hæc sunt. Eumenium, ait, ne semel quidem Aeduorum, in sua hac oratione, facere mentionem. Quam autem infirmum sit, ex silentio isto Eumenii, eudem Aeduum negare, quis non intelligit? In panegyrico quidem quarto *rr*), Aeduorum ciuitas expressis adpellatur: sed Eumenii illum esse negat Hercules iste; quamquam acutissimi ingenii viri eudem eius auctorem agnoscant. Præterea Rhetor noster, ciuitatem istam olim fraterno populi Romani nomine gloriatam, adfirmans *ss*), ipsos

mm) Eutrop. I.c. *nn*) in notis ad Eutropium Hauercampi p. 433. it. Kur-
tze doch gründliche Historie des Herzogth. Lothringen p. 43. *oo*) pa-

neg. cit. c. XVIII, 3. *pp*) Herc. prod. p. 18. *qq*) Comment.
ad Taciti annal. I. III. p. 168. *rr*) ex recensione Cellarii c. XXI, 2.

ss) paneg. Cell. III. cap. IV, 1.

XIII

ipsos Aeduos non obscure denominat. Nec diffiteri potest Hercules Prodicus, ad Aeduos hoc optime posse referri: quod primi fuerint, qui fratres a Romanis adpellati sint; quippe non legamus, hoc vlo S.C. publicoue decreto genti cuiquam, exceptis Aeduis, concessum fuisse. Multis autem deinde probare enititur, etiam Batauos Romanorum fratres, licet non S. C. publicoue decreto, tamen tacito consensu, quamvis expresse scriptis proditum non sit, imperatorumque auctoritate ac indulgentia, adpellatos quondam fuisse *tt).* Etiamsi vero Pighio concedanus ista, nihil tamen inde pro Cliviu sua eruer: præterquam quod, si reliqua omnia haberet euicta, hanc sibi orationis partem conciliare amicamque reddere possit. Quum vero plura iam adlata militent pro Aeduis, eorumque oppido Augustodunensi; militabit etiam hic pro iisdem, quod frater Romanorum nomine Aedui, iisque soli, fatente ipso Pighio, publica auctoritate concesso, gaudent. Illustrat hoc egregie auctor panegyrici, in gratiarum actione, Constantino Augusto, Flauiensium nomine, in Treuerorum vrbe habita: quem Iacobus de la Baune, & post illum Christoph. Cellarius, eidem Eumenio inscripsit, Pighius vero Aeduo cuidam Flauensi tribuit. „Quænam, inquit Rhetor iste, gens toto orbe terrarum, in amore Romani nominis, Aeduis „se postuler anteponi? qui primi omnium, inter illas immanes & barbaras Galliæ gentes, plurimis senatus consultis, fratres populi Romani „adpellati sunt, & quum a ceteris Rhodano ad Rhenum usque populis, „ne pax quidem posset, nisi suspecta, sperari; soli & consanguinitatis „nomine gloriati sunt: & nuper, ut media præteream, diuina Claudi- „um parentem tuum, ad recuperandas Gallias soli vocauerunt, & ante „paucissimos annos, quod maxime praedieandum, plurima patris tui „beneficia, partim rebus effecta percepérunt, partim animo significata „lætantur *uu).* Pighius denique adducit Ammianum Marcellinum, Eu- menio coœcum. Verba Marcellini, lib. XV. sunt: „Lugdunensem „primam Lugdunus ornat, & Cabillones & Senones & Biturigæ & mœ- „nium Augustoduni magnitudo vetusta. Et lib. XVI. „Cæsar comperit, „Augustoduni, ciuitatis antiquæ, muros spatiosi quidem ambitus, sed „carie vetustatis inualidos, barbarorum impetu repentina insessos, „torpente præsentium militum manu, veteranos concursatione perui- „gili defendisse. Ex quibus Hercules iste prodicius *xx)* colligit: Si

B 3

tanta

tt) p. 10. *ff.*
c. XXII, 4.

uu) edit. Cell. paneg. VII. c. II, 4. confer etiam paneg. VI.
xx) p. 16.

XIV

tanta tum vetustatis caries Augustoduni fuerit, non videri Eumenii patriam fuisse, quam tanto cum gaudio, non multis ante lustris, Constantium Cæsarem, ex Augustorum voluntate, profusis imperii sumptibus, in pristinam magnificentiam, publica ædificia restaurando, euehære viderit: ut oratione sua, ea nimirum pro restaurandis scholis habita, testetur. Nec vetustam mœnium ædificiorumque cariem, in Eumenii patria, notari sub Iuliano recte potuisse, vt in Augustoduno Marcellinus faciat. Primo quidem adlatum Marcellini testimonium luentes accipimus, quippe is a nobis est: siquidem ciuitatis antiquæ muros spatiros ambitus, mœniumque magnitudinem vetustam, describens, eam, quam Eumenius prædicat, vetustatem & amplitudinem ciuitatis istius, de qua ipsi sermo est, egregie comprobat. Deinde vero, quæ Pighius hic pugnantia inuenisse putat, inesse non videmus. Quod enim Iulianus ad recuperandas Gallias missus sit, quum multa oppida barbari expugnassen, alia obsiderent, vbique foeda vastitas esset, Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret, confirmat Eutropius *yy*). Augustoduni ergo tunc ea facies fuit, quam intellexisse Cæsarem Iulianum indicat Marcellinus. At vero, instat Pighius, muros vetustatis carie inualidos fuisse, idem declarat. Quid inde? aut ciuitas ista, Bagaudica rebellione obessa, muris suis non priuata, vel isti saltē funditus non ita diruti fuerunt, ut nouis cingenda fuisset; aut Constantii morte, prius quam omnia istius Cæsaris in Augustodunenses beneficia fuerunt effecta, [vt cum auctore panegyrici VII, supra allegati, loquar.] subsecuta, multisque deinde turbis subortis, eorumdem restauratio fuit impedita: non enim mœnibus, sed templis, locis publicis, priuatis etiam domibus reficiundis, maximas pecunias Cæsarem indulsisse, dicit Eumenius *zz*). Notatam vero vetustatis cariem Augustoduni ædificiorum, ex ingenio suo addit Pighius: quum Marcellinus muris eam tantum adscribat, ædificiorum autem mentionem faciat nullam.

Quæ Pighius contra tres reliquos panegyricos, quos satis probati viri, eosque secutus Cellarius, eidem tribuunt Eumenio, plane istos isti detrahens, disputat, missa iam facimus: ne in refutando limites breuioris schediasmatis transgrediamur. Quod enim ad Eumenium in Aeduos, Augustodunum, transferendum multum conferant, id vel ex iis, quæ modo attulimus, puto iam satis posse dijudicari. Sufficiat nobis hæc Pighii argumenta, quæque ad ea vel destruenda vel infirmanda habuimus, attulisse.

yy) l. X, c. VII, 4.

zz) paneg. III, c. IV, 2.

§. XI.

§. XI.

Quæ vero ad confirmando ea, quæ de Eumenio Aeduo Augustodunensi adduximus, pertinent, quæque Lipsius ad fert *aaa*), paucis adhuc tangere liceat. Eo autem ista redeunt: I) Clivium, priscis ignotum, a nullo scriptore idoneo & veteri nominari. Cleum enim, quod Antoninus nominat, in Britannia ipsum ponere, in hoc limite nusquam. II) Clivium in Rheni limite situm, in confinio tot barbarorum, scholæ instituende tunc fuisse ineptum. III) Magnam & amplam eam urbem fuisse, de qua agit Eumenius, habuisse templa pulcherrima, Capitoliū & aqueductus, more romano omnia: clara eorumdem indicia Augustoduni etiam nunc existare, indice & teste Petro San-Iuliano, qui Burgundiam gallice descripsit: quorum apud Clivienses nulla esse vestigia, licet multas Pighius adferat suspicione. IV) Eumenius testari ciuitatem istam olim fraterno populi Romani nomine gloriatam: quam quidem gloriam Lipsius, etiam si Batauis, ex illis a Pighio adductis, concedere velit; vicinis tamen Belgis, & sic etiam Cliviensibus in extrema Belgica sitis, plane detrahit. V) Eumenius Mænianas scholas quondam pulcherrimo opere & studiorum frequentia celebres & illustres dicit *bbb*): id quod de Augustoduno egregie confirmat Tacitus: „Augustodunum, inquiens, caput gentis, armatis „cohortibus Sacrouir occupauerat nobilissimam Galliarum sobolem li- „beralibus suis ibi operatam *ccc*). VI) Mænianas scholas inter Apollinis templum atque Capitolium Eumenius ponit. Apollinis autem templum in Flavia Aeduorum sive Augustoduni inclutum fuisse, restatur panegyricus Constantino Augusto dictus. Facerem &c. *ddd*) VII) Denique artifices transmarinos, & ex amplissimis prouinciarum ordinibus incolas nouos, inductos suæ ciuitati ab imperatore, scribit Eumenius *eee*). Egregie vero illustrant hunc locum, nisi item hanc dirimant, panegyrici, Constantio Cæsari recepta Britannia, dicti, verba hec: „Quin etiam illa, cuius nomine mihi peculiariter gratulandum, „deuotissima vobis ciuitas Aeduorum ex hac Britannica facultate vi- „ctoriae plurimos, quibus illæ prouinciae redundabant, accepit artifi- „ces, & nunc exstruzione veterum domorum, & refectiōne operum „publicorum, & templorum instaurazione consurgit. Nunc sibi reddi.

aaa) in comment. ad Taciti annal. I. III. p. 168
c. II, 2.
c. XXI, 7.

bbb) Cellar. edit. paneg. III,
ccc) annal. I. III.
eee) c. IV, 7.

ddd) Cellar. ed. panegyr. VI,

XVI

, redditum vetus illud Romanæ fraternitatis nomen existimat, quum te
, rursus habeat conditorem *fff*). Satis de Eumenio.

§. XII.

Venio ad eam huius prolusionis partem, quæ præsentis officii mei propria est. Schola ciuitatis huius morte M. IOANNIS MICHAELIS GASSEI, Rectoris optime meriti, quinto Calendas Februarii vita & munere defuncti, videbatur orbata: qua de caussa Gymnasii huius Antistites, in locum vacuum alium surrogare Rectorem, primam curam haberunt. Deliberato igitur consilio elegerunt, & Senatui Amplissimo vocandum detulerunt, Virum clarissimum atque doctissimum, M. IOANNEM PETRVM MILLERVM, Schola Helmstadiensis antea rectorem optime meritum. Cui rite & publice inauguando quum Senatus Amplissimus d. XXVI. August. hor. IX. matut. constituerit: ego, Ciuitatis Syndicus, hac occasione *de boni Scholæ rectoris officio verba faciam: nouus autem Rector, de iuuenum animis ad exemplum divinitatis iterum in scholis effingendis dicens, muneris sui sumet auspicia: cui, reliquorum Gymnasii collegarum nomine, Conrector, IOANNES GODOFREDVS TAVSTIVS, de Christianarum scholarum moderatoribus, vite felicis bodegis, dicens, gratulabitur, obseruantiam & muruanam sponsurus amicitiam. Denique tonius scholastici coerus discipuli omnes, vniuers quidem ore, debitam reverentiam & quidquid ipsorum est officii, pollicebuntur.*



Quem aëtum ut ciuitatis proceres, omnesque qui scholæ nostræ fauent & cupiunt, præsentia sua honorifica illustrent, etiam atque etiam rogamus. P. P. A. D. IX. Calend. Septembr.

cœlœcclivii.

fff) Cell. ed. paneg. IV, c. XXI, 2.



KDB

Q. D. B. V.

RECTOR EM

GYMNASII

D. X XVI. A V G V S T I
HORA IX. MATVTINA

PUBLICIS ORATIONIBVS RITE IN AVGVRANDVM

SENATVS CIVITATIS HALLENSIS

